VIRO
EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO
ATQVE DOCTISSIMO
IOANNI ERNESTO. IMMANVEL VVALCHIO
PHILOSOPHIAE ET LIBERALIVM ARTIVM DOCTORI
ET IN INCLVTA AD SALAM ACADEMIA PROFESS
PVBLICO DVCALIS LATINAE SOCIETATIS IEND
DIRECTORI GRAVISSIMO
FAVTORI SVO MAXIME COLENDO
S. P. D.
M. Immanuel Fridericus Gregorius

Miraris forsan, qui fieri potuerit, ~~qui~~, in tanta TVA beneuolentiâ, tanto, tamque insigni erga me amore, ego tamen, cultor quippe nominis SVI Amplissimi, Walchianarumque admirator

uirtutum, quoad uiuam, perpetuus,
tam diuturno usus sim silentio. Diu-
turnum est, non nego, nimisque lon-
gum. Varia enim, quae copiosius ad-
ferre non attinet, negotia, quibus, scis,
Scholasticum saepius circumuallari,
scribendi consilium uarie intercepe-
runt. Ignoscas igitur, VIR EXCELLEN-
TISSIME, mihi culpa uacanti, cre-
dasque TVA, SOCIETATISQVE LA-
TINAE ILLVSTRIS, beneuolentia,
mihi nihil esse optabilius, nihil iu-
cundius, nihil in omni uita gratius

Hac mente TE, VIR AMPLISSIME, SOCIETATEMQVE LATINAM ILLVSTREM, cui me etiam commendo, adeunt, de ἀκυρολογίᾳ Auctorum, quaedam observationes, eaeque elegantissimis VESTRIS Actis dicatae, quas aequo bonoque animo, peto, accipias, SOCIETATIQVE commendes, atque, si ita placuerit, scriptis Societatis inseras. TVAE quod restat, SOCIETATISQVE DVCALIS benevolentiae, iterum iterumque me commendans, polliceor, sancteque in me recipio, in TE, VIR CELEBERRIME, colendo ac suspiciendo, quousque fid,

cuiasue fuerit, concedere nemini.
Vale, VIR EXCELLENTISSIME, ac
me etiam in posterum amare perge. Vale.
Dat. Laubae Kalend. Decembr. A.
R. S. CIↃ IↃ CC LIIII.